

Don  
es  
las

Q-159

X. 123754

C. 1218638

ext



# ELEGANTES

## FORMULÆ

EX OMNIBUS CICERONIS  
operibus selectæ, & ad usum  
loquendi familiarem  
accommodatæ.

### PARS PRIMA.

*GASPARE SANCTIO, SOC. JESU,  
Collectore, & Interprete.*




---

VILLAGARSÆ.

*TRIPIS SEMINARI.*

Ann. 1758.



ELLEGANTES

FORMULAE

EX OMNIBUS CICERONIS  
operibus selectis, & ad usum  
loquendi familiarem  
accommodatis.

PARS PRIMA.

GASPAR SANCTO, SOC. JESU,  
Collectore, & Interprete.

*Handwritten signature or initials, possibly "G. S." or "G. Sancto".*



VILLAGARINE.

TPIS SEMINARI

Anno 1778



R.133296



D. FERDINANDO

PADILLA,

PRIORI OXOMENSIS ECCLESIAE,

Gaspar Sanctius, Societatis

Jesu S. D.



**T**ANTUM tibi, totque nominibus debeo,  
FERDINANDE CLARISSIME, ut,  
cùm vix vel minimam partem tuorum  
meritorum non modò referenda, sed  
ne cogitanda quidem gratia consequi  
possem, non mihi ipse satisfacerem, quamvis ea te  
semper grati animi recordatione prosequerem, ut nun-  
quam tuorum in me beneficiorum memoriã abjice-  
rem. Admirabilis enim tui nominis claritas, amor-  
que omnium in te singularis, ut eximia te benevo-  
lencia complecterer, me, si ne de facie quidem te  
nossem, cogere videretur. Nam cùm mihi non solùm  
domus tua nobilissimorum hominum hospitiiis florens,  
sed voluntas etiam, animusque patuerit, atque ita  
patuerit, ut consilia etiam tua, tacitasque mentis  
cogitationes, quod est in amicitia summum, ex te ip-

so cognoverim, penitusque perspexerim, quibus studiis te prosequi, qua tui caritate flagrare debeam, quis ignorat? Huc accedit humanitas tua singularis in omnes, morum facilitas, proluxa liberalitas, beneficaque natura, qua tu omnium ordinum homines tibi devinxisti, ut te plus, plusque diligam. Sed ardentius multò in animo meo excitat eximii cujusdam amoris incendium præclara tua virtus, pietas adversus Deum, religionis augenda, propagandæque studium, quæ cum solida bona, & vera sint, plurimum valent ad hominum voluntates arctissimis benevolentiaë vinculis copulandas. His, atque aliis gravissimis, justissimisque de causis si maxime velim, immemor esse tui, non possim tamen. Quare, cum libellum hunc ad linguæ Latine cognitionem fortasse non inutilem aggrededer in lucem edere, unus mihi tu in mentem venisti, cui munus hoc offerrem, si tuam dignitatem spectes, minimum, si verò id mea voluntate metiare, vel maximum. Quod pignus amoris erga te mei lato animo accipies, & quod mittat is, cui tu carissimus es, & quod ad augenda eloquentiæ studia non nihil juvare posse videatur. Vale.

**D.** Joseph Antonio de Yarza, Secretario del Rei N. Sr. su Escribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno dél Consejo.

Certifico, que habiendose visto por los Señores de él, la obra (dividida en cuatro partes), intitulada, *Elegantes Formulae ex omnibus Ciceronis operibus selectae, & ad usum loquendi familiarem accommodatae*, Gaspare Sanctio Societatis Jesu Collectore, & Interprete, que con licencia de dichos Señores concedida al Colegio Seminario de la Compañia de Jesus de Villagarcia de Campos ha sido reimpressa, tasaron à seis maravedis cada pliego, y dicha obra parece tiene la primera parte, seis pliegos, que importa 36. maravedis, la segunda, ocho y medio, que montan 51. la tercera, seis y medio, que montan 39. y la cuarta siete, que montan 42. maravedis, todas sin principios ni tablas, y al dicho precio, y no mas mandaron se venda dicha obra, y que esta certificacion se ponga al principio della para que se sepa él à que se ha de vender. Y para que conste lo firmé en Madrid à siete de Marzo de mil setecientos cinquenta y ocho.

D. Joseph Antonio de Yarza.

# FE DE ERRATAS.

| Pag.  | col. | lin.               | Errata.                | Lee.                                           |
|-------|------|--------------------|------------------------|------------------------------------------------|
| 18.   | 1.   | antep.             | <i>extus</i> ,         | <i>exitus</i> .                                |
| Ibid. | 2.   | 20.                | <i>His</i> ,           | <i>His</i> .                                   |
| 20.   | 2.   |                    | <i>Hareosme</i> ,      | <i>Hareos mi amigo</i> .                       |
| 25.   | 2.   | 24.                | <i>alno</i> ,          | <i>alguno</i> .                                |
| 27.   | 1.   | 17.                | <i>oficio</i> ,        | <i>oficio</i> .                                |
| 31.   | 1.   | 31.                | <i>vidior</i> ,        | <i>videor</i> .                                |
| 33.   | 1.   | 6.                 | <i>oporam</i> ,        | <i>operam</i> .                                |
| 40.   | 2.   | 4.                 | <i>d fendi</i> ,       | <i>defendi</i> .                               |
| 45.   | 2.   | 23.                | <i>pererebuit</i> ,    | <i>percrebuit</i> .                            |
| 48.   | 1.   | 19.                | <i>nugatonium</i> ,    | <i>nugatorium</i> .                            |
| 49.   | 2.   | 15.                | <i>ninguu</i> ,        | <i>ningun</i> .                                |
| 52.   | 1.   | penult.            | <i>festnatione</i> ,   | <i>festinationi</i> .                          |
| 68.   | 2.   | 6.                 | <i>indomum</i> ,       | <i>in domum</i> .                              |
| 70.   | 1.   | 19.                | <i>a sumus</i> ,       | <i>absumus</i> .                               |
| 78.   | 1.   | 18.                | <i>angere</i> ,        | <i>augere</i> .                                |
| Ibid. |      | 21.                | <i>angustis</i> ,      | <i>angustiis</i> .                             |
| 97.   | 2.   | 6.                 | <i>segunda</i> ,       | <i>secunda</i> .                               |
| 98.   | 2.   | 27. <i>deeir</i> , | <i>l. decir</i> .      | Ibi l. 30. y 31. <i>de de</i> , <i>l. de</i> . |
| 114.  | 1.   | 19.                | <i>nna</i> ,           | <i>una</i> .                                   |
| 118.  | 1.   | 8.                 | <i>pacunia</i> ,       | <i>pecunia</i> .                               |
| 131.  | 2.   | 6. y 7.            | <i>escapeteme</i> ,    | <i>escapeme</i> .                              |
| 138.  | 1.   | 15.                | <i>aminum</i> ,        | <i>animum</i> .                                |
| 151.  | 2.   | 17. y 18.          | <i>de de</i> ,         | <i>de</i> .                                    |
| 165.  | 1.   | 19.                | <i>conscratur</i> ,    | <i>consecratur</i> .                           |
| Ibid. |      | lin. ult.          | <i>in.ecit</i> ,       | <i>injecit</i> .                               |
| 166.  | 1.   | 15.                | <i>m o id cacite</i> , | <i>meo id capite</i> .                         |
| 169.  | 2.   | 6.                 | <i>l berati</i> ,      | <i>liberati</i> .                              |
| 171.  | 1.   | 11.                | <i>policemur</i> ,     | <i>pollicemur</i> .                            |
| 185.  | 2.   | 15.                | <i>desaubrieron</i> ,  | <i>descubrieron</i> .                          |

|             |              |                        |                  |                                           |
|-------------|--------------|------------------------|------------------|-------------------------------------------|
| 191.        | I.           | II.                    | extulit ,        | extuli.                                   |
| 213.        | I.           | antep.                 | mncha ,          | mucha.                                    |
| 214.        | I.           | II.                    | inſt gere ,      | inſtigere.                                |
| 215.        | 2.           | 7.                     | reduere ,        | reddere.                                  |
| 219.        | I.           | 16.                    | vitus ,          | virtus. Ib. l. 18. vic o ,                |
| 256.        | 2.           | 31.                    | aſte ,           | eſte.                                     |
| 264.        | 2.           | 12. y 13.              | de lo vos ,      | de lo que vos.                            |
| 275.        | 2.           | ult.                   | ſucepi ,         | ſuſcepi.                                  |
| 294.        | 2.           | 3. y 4.                | ſencia ,         | ſententia.                                |
| 312.        | I.           | antep. mni , mui.      | col. 2. l. ult.  | parace , parece.                          |
| 315. y 316. | col. 2. y 1. | lin. ult. y 1.         | gero ,           | genero.                                   |
| 318.        | 2.           | 29.                    | frequentes eſt , | frequentes eſtis.                         |
| 321.        | I. I.        | orationom , orationem. | Ib. l. 16.       | agnoribus , angoribus                     |
| 332.        | I.           | 4.                     | inventutem ,     | juventutem.                               |
| 333.        | 2.           | 13.                    | dicima ,         | decima.                                   |
| 358.        | I.           | 32.                    | non ,            | nos.                                      |
| 361.        | 2.           | 3.                     | ta ,             | te.                                       |
| 367.        | 2.           | 3.                     | concurrerum ,    | concurrerunt.                             |
| 369.        | I.           | 17.                    | muer ,           | muerte.                                   |
| 370.        | 2.           | 8.                     | delinquit ,      | delinquit. Ib. l. 29. nuſtros , nueſtros. |
| 377.        | 2.           | antep.                 | cæperis ,        | ceperis.                                  |
| 385.        | I.           | 27.                    | pebeſcunt ,      | pubeſcunt.                                |
| 390.        | 2.           | 8.                     | corercet ,       | coërcet.                                  |
| 398.        | I. 14.       | eraſum , craſum.       | Ib. l. 32.       | voluntute voluntate.                      |
| 401.        | 2.           | 20.                    | vac are ,        | vacare                                    |
| 405.        | I.           | 8.                     | exttemum ,       | extremum.                                 |
| 407.        | I.           | 24.                    | deliberis ,      | delibereis.                               |
| 430.        | I.           | 1.                     | reliquirum ,     | reliquiarum.                              |
| 434.        | I.           | 15.                    | tenemos ,        | tenemus.                                  |
| Ibid.       |              | 18.                    | veſtro ,         | vueſtro.                                  |
| 435.        | I.           | 21.                    | oretio ,         | oratio.                                   |
| 442.        | 1.           | 5.                     | fece ,           | face.                                     |

Habiendo visto la obra cuyo título es: *Elegantes Formule ex omnibus Ciceronis operibus selectæ, & ad usum loquendi familiarem accommodatæ*, Gaspare Sanctis Societatis Jesu Collectore, & Interprete, dividida en quatro partes, la hallo conforme con el antiguo impreso, que le sirve de original, si se salvan las erratas desta fé. Y así lo certifico, y firmo en esta Villa y Corte de Madrid à veinte y tres dias del mes de Febrero de mil setecientos cincuenta y ocho.

Dr. D. Manuel Gonzalez Ollero.

Correct. Gen. por S. M.

# EL REY.



OR cuanto por parte del P. Rector y Colegio de la Villa de Villagarcia de la Compañia de Jesus, se representó en el mi Consejo deseaba imprimir un libro dividido en cuatro

partes, cuyo titulo era *Elegantes Formulae ex omnibus Ciceronis operibus selectae ad usum loquendi familiarem accommodatae*, su Autor el P. Gaspar Sanchez de la misma Compañia: y para poderlo executar sin incurrir en pena alguna, me suplicó fuese servido concederle Licencia, y Privilegio por tiempo de diez años para su impresion; y visto por los del mi Consejo, (y como por su mandado se hicieron las diligencias, que por la Pragmatica ultimamente promulgada sobre la impresion de los libros se dispone) se acordó espedir esta mi Cedula, por la cual concedo licencia, y facultad al expresado Colegio de Villagarcia, para que sin incurrir en pena alguna por tiempo de diez años primeros siguientes, que han de correr y contarse desde el dia

dia de la fecha de ella, el susodicho ò la Persona que su poder tubiere, y no otra alguna pueda imprimir y vender el referido libro intitulado; *Elegantes Formulae ex omnibus Ciceronis operibus selectae ad usum loquendi familiarem accommodatae*, con que se haga en papel fino, y por el original que en el mi Consejo se vió, que bá rubricado y firmado al fin de D. Joseph Antonio de Yarza mi Secretario, y Escribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno de él, conque antes que se venda se traiga ante ellos juntamente con dicho original, para que se vea si la impresion está conforme à él, trayendo asimismo se en publica forma como por Corrector por mi nombrado se vió, y corrigió dicha impresion por el original, para que se tase el precio à que se ha de vender. Y mando al Impresor que imprimiere el referido libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas que uno solo con el original al dicho Colegio, à cuiá costa se imprime, para efecto de dicha correccion, hasta que primero esté corregido, y tasado el citado libro por los del mi Consejo, y estandolo así, y no de otra manera, pueda imprimir el principio, y primer pliego, en el cual seguidamente se ponga esta licencia, y la aprobacion, tasa, y erratas, pena, de caer, è incurrir en las contenidas en las Prag-

ma-



maticas, y Leies destos mis Reinos, que sobre ello tratan, y disponen. Y mando, que ninguna persona sin licencia del exprefado Colegio de Villagarcia, pueda imprimir ni vender el citado libro pena que el que le imprimiere haia perdido, y pierda todos, y cualesquier libros, moldes, y pertrechos, que dicho libro tubiere, y mas incurra en la de cincuenta mil maravedis, y fea la tercia parte dellos para la mi Camara; otra tercia parte para el Juez que lo sentenciare; y la otra para el denunciador: y cumplidos los dichos diez años, el referido Colegio de la Compania de Jesus de Villagarcia, ni otra persona en fu nombre quiero no ufe desta mi Cedula, ni profiga en la impresion del citado libro, fin tener para ello nueva licencia mia, fo las penas en que incurren los Concejos, y Personas, que lo hacen fin tenerla. Y mando à los del mi Consejo, Presidentes, y Oidores de las mis Audiencias, Alcaldes, de la mi Casa, Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, Asistente, Gobernadores, Alcaldes Maiores, y Ordinarios, y otros Jueces, y Justicias, Ministros, y Personas de todas las Ciudades, Villas, y Lugares destos mis Reinos, y Señorios, y à cada uno, y cualquier dellos en fu distrito, y Jurisdiccion, vean, guarden, cumplan, egecuten esta mi Cedula, y todo

lo

lo en ella contenido, y contra su tenor y forma no baian, ni pasen, ni consientan ir, ni pasar en manera alguna pena de la mi merced, y de cada cincuenta mil maravedis para la mi Camara. Dada en Aranjuez à ocho de Maio de mil fete- cientos cincuenta y siete.

## TO EL REY.

Por mandado del Rei N. Sr.

D. Agustin de Montiano

y Luiando.

GAS-



GASPAR SANCTIUS

SOCIETATIS JESU

optimo Lectori.

S.

**S**I utilitates, & fructus, qui ex hoc libello percipi possunt, optime Lector, ut ipse mente concipio, sic possem oratione explicare, non dubito, quin tibi noster hic labor ita probaretur, ut non solum semel, atque iterum legeres libellum hunc, verum etiam nocturna, diurnaquæ manu versares, si modò velles magnam progressionem brevi facere in Latinæ, & Hispanæ linguæ facultate. Est illud absonum, & absurdum, verbum verbo ab interprete reddi, excellens verò, atque præclarum, quæ cuiusque linguæ sunt propria, ea alterius linguæ proprietate declarari, quod præstare poterit nemo, præter eum, qui sit in utriusque linguæ cognitione diu, multumque versatus. Nam, ut de me ipse ingenuè confitear, persæpe discipulos meos docens, in ea loca Ciceronis incidi, in quibus cum illis aperuissem, quid Cicero sibi vel-


vellet, quidvè sentiret, deficiebat me tamen orationis Hispanæ proprietas, quam Latinæ proprietati accommodarem. Quod quidem mihi accidisse, mirum non est, cùm idem hominibus linguæ Latinæ peritissimis sæpe contigisse, non dubitem. Hoc ut exemplo fiat planius, duas, aut tres Tullii sententias proponam, ad quas explicandas si Calepinum, aut lexicon aliquod tantum adhibeas, turpiter explices. Sit illa prima ex oratione pro Plancio: *Ratio, & undæ suffragiorum, ut mare profundum, & immensum sic effervescent quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis recedant:* Sit altera ex eadem oratione: *Facilis est occursum, & blanditia popularis, aspicitur, non attrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur.* Sit tertia ex oratione pro Cælio: *Cupiditates, cùm incluse diutius, & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundant, atque ejiciunt universæ.* Hæc, loca si explicare propriè coneris, hæreas fortasse, aut multum tecum meditari, & commentari cogaris. Quo labore ut liberarem fratres meos, quibus ego Pallantiæ annis ab hinc duodecim Græca, Latinaque tradebam, quæ longo multorum annorum intervallo mecum ipse privato studio commentatus essem, ea si non satis propriè, & eleganter, certè, non ineptè reddita Hispanè dictavi. Qua in re non mediocriter tunc nostra elaboravit industria, cùm non unius, aut alterius libri Epistolarum, aut duarum, vel trium orationum formulas explicarem iis, qui eloquentiam professuri essent, verùm ex omnibus Ciceronis operibus excep-

pe.

perim omnia, aut certè pleraque, quæ mihi visa sunt, non satis propriè reddi posse, si, quod ferè fit à plerisque præceptoribus, ea structuræ ratio haberetur, ut Hispanis Latina responderent. Et quidem tum, cùm hunc suscepi laborem, eam tantum utilitatem cernebam animo, ut magistri hujus libelli præsidio in Cicerone explicando utriusque linguæ proprietatem retinerent, quæ quamvis magna sit, exiguis tamen finibus continetur. Postea verò comperi, eam patere latius, neque solum ad præceptores, sed etiam ad discipulos pertinere, atque ex iis quidem non modò ad eos, qui in linguæ Latinæ cognitione longius progressi essent, verùm ad tirones, & ad eos, qui in infima classe constituti adhuc prima Grammaticæ rudimenta devorarent. Invenire enim, & excogitare, cùm maturi sit ingenii, pueris omnibus difficillimum est, edificere verò aliquid ex libro facillimum. Quod cùm ita sit, quæ maior erit utilitas? Quis fructus uberior linguæ Latinæ studiosis, quàm à prima die, qua in hæc studia ingrediuntur, quotidie duas, aut tres ex hoc libello formulas memoriæ commendatas, tanquam pensum aliquod magistro reddere, ut jam ab infima classe incipiant Latine, purè, & eleganter loqui, & sese mutuis interrogationibus summa cum voluptate provocare? Quod si faciant tribus, aut quatuor annis, quod temporis spatium in Latini sermonis cognitione plerique ponunt, & præceptoribus curæ sit, ut discipuli eas ad usum loquendi familiarem, & ad scribendum accommodent, & Hispanam linguam, quod non est omnino contemnendum, expolient, & ad Latinam excolendam, rem

ad-


adque augendam incredibilem sibi verborum, & sententiarum copiam comparabunt. Quòd si laborem hunc & gratum lectoribus, & utilem esse viderimus, omnes has formulas in loca communia redigemus, quæ veluti concordantiæ quædam Ciceronis erunt, ut provectiores jam, & mediocriter in linguæ Latinæ facultate exercitati, cùm stylum exercere volent, qui optimus dicendi magister est, in indice permulta reperiant, quibus splendidior, & illustriorem orationem reddant, neque eam solum verbis elegantioribus ornent, sed etiam sententiarum pondere, & gravitate locupletent. Apponi singulis formulis hac prima editione numeros fecimus, quibus formulæ Latinæ tantum in loca communia distributæ respondebunt eorum gratia, qui eas minus intelligent, & Hispanè propriè volent explicare, ut si libellus hic adjecto indice iterum in lucem edatur, index solus agglutinari facile possit. Has mihi utilitates, hos fructus videris, optime Lector, ex hoc libello posse percipere, quibus tu cùm fruare, ignosces ingenii nostri imbecillitati, si quid, quod minus placeat, deprehendes. *Vale.*



# ELEGANTES FORMULÆ

EX OMNIBUS CICERONIS  
operibus selectæ.

## PARS PRIMA.



*Ex primo libro Epistolarum  
ad familiares.*

**O**FFICIO, et  
pietate pa-  
tri satisfeci,  
mibi  
nunquam.

He hecho lo que debo  
con mi padre, aunque yo  
no estoy contento.

*Magnitudo tuorum erga*

*me meritorum.* Las grandes  
mercedes que me habeis  
hecho.

*Nisi perfecta re non con-  
quiescam.* No losegare has-  
ta acabar el negocio.

*Vitam mibi acerbam puto.*  
Esme enojosa la vida.

*Oppugnare aliquem pecu-  
nia.*

*nia.* Hacerle guerra con dinero.

*Omnes rem ad te deferri volunt.* Todos quieren que os encargueis vos del negocio.

*Nullum precibus relinquis locum.* No hai rogaros.

*De aliqua re ad regem referre.* Dar parte al Rei de alguna cosa.

*Referre in senatu.* Proponer en Regimiento.

*Deduci ab eo non possum, quod semel institui.* No hai sacarme de lo que una vez he determinado.

*Inclinata res est.* El negocio va cuesta abajo.

*Extinguere gratiam, inimicitias, bellum, memoriam, &c.* Destruir, apagar, quitar, &c.

*Exulcerata res est.* Está enconado el negocio.

*Dies magna ex parte consumptus est altercatione.* La maior parte del dia le nos fue en porfiar.

*Facere verba.* Hablar.

*Voluntatem alicuius reconciliare.* Reconciliarse con alguno.

*Pronunciare sententiam.* Sentenciar.

*Frequentes ivimus in alia omnia.* Casi todos digimos que se tratase de otra cosa.

*Alicuius orationi reclamare.* Resistir, contradecir lo que alguno dice.

*In tuam sententiam ivimus.* Concordamos con vuestro parecer.

*Tua sententia valuit.* Aprobóse vuestro parecer.

*Controversia usque ad noctem ducta est.* Duró hasta la noche la porfia.

*Dimittere Senatum.* Salir de regimiento.

*Naetus sum tempus idoneum.* He hallado tiempo à proposito.

*Ille mihi dies honestissimus fuit.* Fue aquel dia de grande honra para mi.

*Ab omni alia cogitatione ad studia literaria animum traducimus.* Desocupados del todo nos damos à los estudios.

*Liberare aliquem metu, suspitione, dolore, cura, vinculis, &c.* Librar alguno del temor, sospecha, &c.

*Corrumperre judicem muneribus.* Cohechar al juez.

Cor.



*Corrumpere, causam, judicium, testes.* Negociar injustamente con presentes, ò dinero.

*Dignitatem retinere suam.* Guardar su punto, su decoro.

*De his rebus senatus auctoritas gravissimè intercessit.* Pusose el Senado de por medio, atrabeseose.

*Patre tuo familiariter utor.* Tengo mucha amistad con vuestro padre.

*Hominem ita tracta, ut intelligat nostram cõmendationem non vulgarem fuisse.* Tratadle de manera, que entienda que os le encomendé mucho.

*Sententiam alicujus frangere.* Rechazar el parecer de alguno.

*Obtinere causam.* Salir con el pleito.

*Causam aliò transferre.* Llevar el pleito à otro tribunal.

*Hodie acerbum habui patrem.* Estubo hoy conmigo mi padre delabrido.

*Ferre legem.* Dar lei, ò hacer.

*Hodie senatus non habetur.*

No es hoy dia de aiuntamiento.

*Fidei religionis nomen inducere.* Poner elcrupulo donde no lo hai.

*Habita est ratio dignitatis tuæ.* Tubose cuenta con quien vos erades.

*Ostentare se.* Mostrarse.

*Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videbor tuorum meritum affecutus.* Si pusiere la vida por vos no os pagaré la mas minima merced que me hab-ís hecho.

*Ego tibi à vi, hac præsertim imbecillitate magistratum, præstare nihil possum.* Si hai fuerza yo no os puedo aiudar en nada, maiormente siendo tan para poco los Regidores.

*Summo dolore afficior.* Tengo grandísimo dolor.

*Animum à minori cura ad summum timorem traduximus.* Hemos venido à temer mucho una cosa que nos daba poco cuidado.

*Quoquo modo se res habeat.* Como quiera que lea.

*Non est tertium.* No hai medio.

*Ne patrem iacere patiaris.* No permitais que vuestro padre padezca.

*Obtinere aliquid ab aliquo.* Alcanzar de alguno.

*Ex iis rebus, quas tibi fortuna largita est, nonnullorum hominum perfidia detrahit.* La deslealtad de muchos ha disminuido lo que os habia dado la fortuna.

*Nullum tempus pratermitto de tuis rebus cogitandi.* Nunca estoi sino pensando en vuestros negocios.

*Hoc positum est in conjectura.* Hemos de adivinar en esto.

*Clamore, convicioque jactans sum.* Echaronme maltratando.

*Causa nobis adhuc integra est.* Todavia tenemos buen pleito.

*Costi hominis tarditatem, & taciturnitatem.* Bien sabéis cuan flemático y callado es.

*His negotiis non interfui solum, sed etiam praesui.* No solo me hallé presente; pero aun yo fui el que lo hice.

*Infringetur hominum improbitas.* No saldrán con la suia, ni pasará adelante su bellaqueria.

*Video mecum temporum imaginem in rebus tuis.* En vuestras cosas veo lo que pasó por mí.

*Minori in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta est.* Menos daño se ha hecho à vuestra honra que à mi vida.

*Presta te cum, qui mihi à teneris unguiculis es cognitus.* Sed tal, cual yo os he conocido desde niño.

*Illustrabit tuam amplitudinem hominum injuria.* La malicia de los hombres descubrirá mas vuestra virtud.

*A me omnia in te studia, officiaque expecta.* Esperad de mí que haré por vos lo posible.

*Non fallam opinionem tuam.* No os sacaré mentiroso.

*Quoniam intervallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum saepissime colloquar.* Porque estamos muy apartados,

y ha mucho que no nos vemos, os escribiré muchas veces.

*Temere literas alicui committere.* Dar por ahí las cartas à quien quiera.

*Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam.* Siempre que tubiere mensagero cierto, no dejarè de escribiros.

*Est Petrus percupidus tui.* Deseaos Pedro mucho servir.

*Illa epistola virum excellentem retinuiſti.* Con aquella carta conservasteis en vuestra amistad à un hombre tan principal.

*Abalienare se ab aliquo.* Estrañarse de alguno.

*Favere laudi alicuius.* Hacer, ò bolver por la honra de alguno.

*Toto animo de te, ac tuis ornamentis cogito.* Todo me empleo en pensar en vos, y vuestra honra.

*Sic habeto.* Entended que pasa esto.

*Constans Senatus est in sententia.* Persevera el Regimiento en su parecer.

*Provinciam pace, præſidiis-*

*que firmare.* Poner paz, y gente de guarnición en la Provincia, ò asegurarla.

*Ex eventu homines de tuo consilio existimaturi sunt.* De lo que sucediere juzgaràn vuestra intencion.

*In conspectu prope nobis urbs est.* Casi estamos à vista de la Ciudad.

*Hæc ratio rei gerendæ periculosa videtur.* Peligrosa traza parece esa.

*Præstare fidem.* Cumplir la palabra.

*Ex sententia depellere aliquem.* Sacar alguno de su parecer.

*Magnitudinem animi tuæ nunquam deſectas cuiusquam iniuria.* No bolvais atras por mal que otro os haga.

*Difficile est sensum præsertim rectum, & confirmatum deponere.* Dificultoso es dejar su parecer, maiormente si es bueno.

*Conformo me ad ejus voluntatem, à quo honestè dissentire non possum.* Acomodome à lo que quiere aquel, de cuja voluntad

no es justo apartarme.

*Referre se ad studia literarum.* Bolverse à los estudios.

*Commutata tota ratio senatus est.* No es el orden, y manera del regimiento como solia.

*Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.* No solo no puedo pagáros lo mucho que os debo, pero ni aun imaginarlo.

*Inte potissimum fractam illam, & debilitatam vim suam contulit.* A vos se atrebió mas que à otro, aunque no pudo hacer nada.

*Nosram vicem ultus est ipse se se.* El tomó venganza de sí mismo por mí.

*Rem paulò altius repetam.* Tomaré el negocio un poco de atras.

*Rei familiaris naufragia.* La pérdida de la hacienda.

*Damna resarcire.* Reparar los daños.

*Non tam acerba hæc mihi acciderunt, quam sum gra-*

*ta que fecisti.* No me diò tanto disgusto lo que sucediò, como gusto lo que hicisteis.

*Afflicta fortuna mea est.* Tengo muchos trabajos.

*In arcem causæ invadere.* Dar en el punto del negocio, ò en lo que està la fuerza del pleito.

*Magnus animorum motus in concione factus est.* Hubo mucha mocion en el sermon.

*Dependendum tibi est, quod mihi pro fratre spondesti.* Habiérme de pagar lo que prometisteis por vuestro hermano.

*Redigere in memoriam.* Traer a la memoria.  
*Integrum mihi de tua causa ad reditum tuum reservabo.* No darè puntada en vuestro negocio hasta que bolvais.

*Collegi ipse me.* Repor-teme. Entrè en mí.

*Referre sermones ad aliquem.* Contar à alguno lo que pasa.

*Non mihi stomachum facias, quem ego funditus perdididi.* No me enojeis porque

que yo no me puedo enojar.

*Circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium.* Echadas todas mis cuentas y vistas mis cosas, saqué esto en limpio, ò me resolví en esto.

*Summa tua in merita constant* Grandes son las mercedes que me habeis hecho.

*Paululum me in quibusdam sententiis immutavi.* Mudéme algun tanto en algunos pareceres.

*In hanc mentem me Deus impulit, ut &c.* Dióme Dios este proposito, &c.

*Fecit quidam casus caput meum in mediam contentionem diffensionemque civilem.* Metióme la fortuna en medio de las rebueltas de la ciudad.

*Animum alicujus confirmare.* Animar, confortar à alguno.

*Constare in sententia.* Perseverar en tu parecer.

*Huius latronis impunitate exemplum præclarissimum*

*vindicandi latrocinii de republica sustulisti.* Dando por libre à este ladron habeis quitado de la republica un escelente egemplo de castigar otros tales.

*Fraeto animo, & demisso esse.* Estar mui caído, y desmaiado.

*Dare animum alicui.* Esforzarle, animarle.

*Non offendi in republica eundem bonorum sensum, quem reliqui.* No hallé la la republica tal cual la degè.

*Fronte, atque vultu simulatione facillime sustinetur.* Fácil es disimular en el semblante.

*Hoc à me ne requiras, ne tibi ego idem reponam.* No me culpeis en esto porque no os culpe yo de lo mismo.

*Ille fuit etiam abundi stimulus.* Esto me ayudó tambien para irme.

*Omnes injurias voluntaria quadam obliuione contrivi.* Heme querido olvidar de todos los agrabios que me han hecho.

*Exarsit pater iracundia.*

En-

Encendióse , enojóse , subióle el humo à las narices.

*Inclusum in me odium jam tandem effudisti.* Hubilteis de mostrar el odio que me teniades.

*Iniqui tui sermones per homines honestissimos ad me perferuntur.* Gente muy honrada me dice lo mal que hablais de mí.

*Redire in gratiam cum aliquo.* Hacer las amistades, ó bolverse à hacer amigo de alguno.

*Testata tibi est mea in te voluntas.* Conocida teneis la voluntad que os tengo.

*Conversis rebus permanere in sententia non debet.* Habiendo habido mudanza en las cosas no debo tener el mismo parecer.

*Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.* No hemos de decir siempre lo mismo , aunque haiamos de tener siempre una misma intencion.

*Omnia mea in se officia illustri gratia excepit.* Agradeció mucho todo lo que hice por él.

*Sic opinio mea fert.* Así pienso yo.

*Novi animum tuum mihi amicissimum, nulla in alios malevolentia suffusum.* Conozco que me amais mucho , y no quereis mal à nadie.

*Omnium meorum consiliorum moderator es.* Vos sois el que me gobernais.

*Hi libri abhorrent à communibus præceptis.* No tratan estos libros de los comunes preceptos.

*Morbo impediòr, quominus laborem.* No puedo trabajar por enfermo.

*Constituere filio patrimonium.* Señalar al hijo su legítima.

## EX LIBRO SECUNDO.

**N**omine negligentia suspectum me tibi esse doleo. Pesame que me tengais por descuidado.

*Te mihi æquum præbe.* Sed justo para conmigo.

*Meis optatis fortuna respondit.* Ha me sucedido como yo deseaba.

*Quam expectationem de te con-*

*concitasti, sustine ac tuere.*  
Mirad que hagais como de  
vos se espera.

*Meam tuorum erga me me-  
ritorum memoriam nulla un-  
quam delebit oblivio.* Jamás  
me olbidarè de las mer-  
cedes que me habeis hecho.

*Magna tibi accessio facta  
est & fortune, & dignitatis.*  
Mucho se ha acrecentado,  
vuestra honra, y hacien-  
da.

*Patris tui etas ingravescens  
in amore, atque adoles-  
centia requiescit tua.* Vuestro  
padre ya viejo descanfa  
con vos.

*Laudibus superas omnium  
fortunam.* Sois el mas ventu-  
roso hombre del mundo  
en ser alabado.

*Non contigit patri, ut te  
antè vidèret, quam è vita  
discederet.* No tuvo ventu-  
ra vuestro padre de veros  
antes de su muerte.

*Tibi patrimonium Deus  
fortunet.* Prospere Dios  
vuestro estado.

*Carus æquè mihi es, ac pa-  
tri tuo.* Tanto os quiero yo  
como vuestro padre.

*Testatum apud animum*

*tuum relinquam, quid sen-  
tiam.* Dejaréos dicho lo  
que siento.

*In miserum temporum sta-  
tum meus reditus incidit.*  
Acerté à bolver à mui mal  
tiempo.

*Summa scito in expecta-  
tione te esse.* Saded que se es-  
pera mucho de vos, ò que  
sois mui deseado.

*Est tibi gravis adversaria  
constituta, & parata incredi-  
bilis quedam expectatio.*  
Mucho habeis de hacer,  
para responder à lo mu-  
cho que se espera de vos.

*Expectationem vincere.*  
Hacer mas de lo que de  
uno se espera.

*Non feci inflammandi tui  
causa, sed testificandi amo-  
ris mei.* No lo hice por  
moveros, sino por mostra-  
ros el amor que os tengo.

*In eadem navi sumus.* Esta-  
mos en el mismo peligro.

*Excelso, & illustri loco si-  
ta est laus tua.* Mui encum-  
brada está vuestra honra.

*Mirabilis est tui reditus ex-  
pectatio.* Extraña cosa es  
con cuanta anfia se desea  
vuestra venida.

*Omnia sunt debilitata jam propè, & extincta. Todo esta casi perdido.*

*Afflictam, & oppressam Rempublicam in pristinam libertatem vindicasti. Habeis buelto la republica perdida à su antigua libertad.*

*Videris exigere magis quam rogare. Parece que lo pedis por justicia, y que no lo rogaís.*

*In mercedis loco potius quam beneficii numero. Pagaisme lo que me debeis, y no me hacéis merced.*

*Est animi ingenui, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. Es nobleza, querer deber mas à quien ya debeis mucho.*

*Tua in me beneficia sustinere non possum. No os puedo servir las mercedes que me hazeis.*

*Nulla tanta gratia est, quam non vel animus meus accipiendo, vel remunerando illustrare possit. Ninguna merced se me puede hacer que yo no pueda agradecer y pagar.*

*Omnia mea studia in tua dignitate tuenda fixi, & lo-*

*cavi. Todos mis cuidados empleo en conservar vuestra honra.*

*Tanto mihi adiumento es, ut nihil sit prætereà requirendum. Aiudaisme tanto, que no tengo mas que buscar.*

*Huic meæ laudi, vel ut melius dicam, salutis tuum studium dica. Emplead vuestro cuidado en mirar por mi honra, ò por mejor decir por mi vida.*

*Multum mihi decoris ac dignitatis adiunxisti. Acrecentastes mucho mi honra.*

*Ne te auferant aliorum consilia. No os lleven los otros tras sí, ò no os engañen.*

*Nunquam labere si me audies. Si me oís no errareis.*

*Novi animum, novi consilium tuum. Bien conociendo os tengo.*

*Quam sunt flexibiles hominum voluntates. Que mudables son los hombres.*

*Sanè feliciter, & ex mea sententia Rempublicam gessimus. Bien por cierto, y à mi gusto gobernamos la*  
Re.



Republica.

*Vel m, ea mihi conditio maneat, qua profectus sum.* El mismo concierto con que parti querria que me guardasen.

*Rumor ad me hæc pertulit.* Esto supe por nuevas, ò por lo que se decia.

*Longè in posterum prospicere.* Mirar à lo por venir.

*Da te homini, complectere, mihi crede.* Fiad del, y amadle à mi cuenta.

*Hoc ad te literarum dedi.* Esto os escribi.

*Propter longinquitatem, & latrocinia tardissime huc omnia perforuntur.* Por ser lejos, y por los muchos ladrones, que hai en el camino llega aca todo muy tarde.

*Nimio gaudio pene desipio.* Casi estoi loco de placer.

*Te mihi fortuna dedit ampliatorem dignitatis meæ.* Ha os me dado la fortuna, para que acrecentéis mi honra.

*Tuæ literæ me letitia extulerunt.* Recibi extraño contento con vuestras cartas.

*Hostem à patria reiicere.* Echar los enemigos de la ciudad.

*Hostes meis copiis vexavi.* Con mi egercito maltraté à los enemigos.

*Nihil tibi deest ad summam gloriam.* No teneis mas à donde subir.

*Mirum me desiderium tenet urbis.* Tengo extraño deseo de ver la ciudad.

*Quicquid erit, tibi erit.* Lo que hubiere todo será para vos.

*Velim me erudiant literæ tuæ de omni Republica, ne hospes planè veniam.* Informadme de todo lo que pasa, porque no me baya nuevo, ò auno de'lo.

*Iter habeo ad regem.* Tengo de ir al Rei.

*Urbem cole, & in ista luce vive.* Estaos en la Ciudad, y vivid entre tanta nobleza.

*Cum una ambulatione tua, atque uno sermone tuo omnes fructus præturæ non confero.* Mas precio gozar de vos una hora, que todos los corregimientos del mundo.

*Spero, me integritatis laudem affecutum.* Yo confío que he llegado à que me tengan por hombre de bié.

*Prope diem te videbo.* Presto os veré.

*Confirmantur nostra consilia, cum prudentibus, fideliterque suadentibus idem videtur.* Confirmamonos en nuestro parecer, quando parece lo mismo à los prudentes y que fielmente aconsejan.

*Simultatem deponere.* Dejar la enemistad.

*Est mihi in optatis.* Deseo.

*Cum primum aestiva attigi.* En llegando à donde estavan alojados el verano.

*Miro me desiderio urbs afficit.* Extrañamente echo de menos la ciudad.

*Accipio excusationem.* Admito la excusa.

*Hyemis magnitudo.* La aspereza del invierno.

*Distriktus mihi videris esse.* Pareceme que estais muy ocupado.

*Ratio ipsa depulit omnes molestias.* La razon lo ha curado todo.

*Animus obduruit ad dolo-*

*rem novum.* Tengo muchos callos, ningun mal se me hará nuevo.

*Ab excitata fortuna, ad inclinatum, & prope iacentem descendi.* De mucha prosperidad he venido à mucha miseria.

*Collectam gratiam florentissimi hominis effudisti.* Habeis perdido la amistad de un hombre principal, que habiades ganado.

*A te ipse defecisti.* Ya sois otro.

*Incurrere in oculos hominum.* Ser vistos.

*Incurremus in voces malevolorum.* Diran de nosotros los que nos quieren mal.

*Moveo non nullis suspicionem velle me navigare.* Doi ocasion de que algunos sospechen que quiero navegar.

*Abhorreo ab urbe relinquenda.* Dejo de mala gana la ciudad.

*Non me ista terrent, que mihi à te ad timorem proponuntur.* No me espantan los miedos que me poneis.

*Meis privatis incommotis mala Reipublicæ redimam.* A costa mia repararé los daños de la Ciudad.

*Hac oblector tamquam specula.* Con esto poco de esperanza me huelgo.

*Maximas molestias mea liberalitate contraxi.* Mi liberalidad me ha causado muchas pesadumbres.

*Senes fortasse imitor, & tutor ætatis vitio.* Hago como viejo.

*Ad diem decedere.* Partir-se el dia señalado.

*Refer rationes ad patrem.* Lleva esas cuentas à tu padre.

*Tua voluntas à me sine causa abhorret.* Quereis-me mal de balde.

*Hoc est pusilli animi, jejuni, atque inanis.* Es eso cosa de bajo, y pequeño corazon.

*Suscipere graves inimititias.* Trabrar graves enemistades.

*Præbe te tuis maioribus dignum.* Haz como hijo de quien eres.

*Si quid offenderis, tibi totum, mihi nihil offenderis.* Si pecares, para ti será el

daño, no para mi.

*Quod egeris, id velim, Deus approbet.* Lo que hicieres, plegue à Dios que sea para tu servicio.

*Tue literæ maximi sunt apud me ponderis.* Vuestras cartas pueden mucho conmigo.

*Multa à te ornamenta in me profecta sunt.* Habeis-me hecho mucha honra, ò dado muchos oficios.

## EX LIBRO TERTIO.

**L**ongi temporis usuram, qua caruimus, magnitudine, crebritate officiorum sarcinemus. La larga ausencia se recompensará con el mucho bien que haremos el uno al otro.

*Intermissa nostra consuetudo est.* Ha días que no nos tratamos.

*Nihil facias invita Minerva.* No hagais nada contra vuestro natural.

*Dare mandatum.* Dar recado, ò cargo.

*Hoc contra voluntatem meam & præter opinionem*

*accidit.* Esto se hizo contra mi voluntad, y sin pensarlo.

*Consule rationibus meis.* Ten cuenta con mis cosas.

*Hic fuit quasi mea vite decursus.* Este ha sido el discurso de mi vida.

*Ex hoc magnam voluptatem capio.* Recibo desto mucho contento.

*Servus tuus mihi praesto fuit.* Vuestro criado estubo à punto, ò acudio.

*Literarum ad te exemplum misi.* Imbicos la copia de las cartas.

*Cum eundi mihi facultas datur.* Cuando tenga lugar de ir.

*Plurimis argumentis id ita esse judicavi.* Muchas razones tube para creer que era así.

*Nostri necessitudo non mediocre vinculum attulit ad voluntates nostras copulandas.* Nuestra comunicacion no fue poca parte para que nos quisiésemos mucho.

*Ex alto repetere.* Tomar de atras.

*Perspecta est mihi tua fides.* Bien conocida tengo vuestra lealtad.

*Supervacanea est officiorum commemoratio.* No hai para que contar lo que habeis hecho.

*Hoc me in nonnullam dubitationem adducit.* Esto me hace dudar un poco.

*Ea res sic habet.* Así pasa el negocio.

*Veni in eum sermonem.* Vine à tratar desto.

*Accepi pecuniam ex publica permutatione.* Recibi dinero del cambio.

*Scio, quem apud te locum teneam.* Se bien en la posesion que me teneis.

*Id cum tuis literis consentaneum est.* Conformado esto con lo que vos escribis.

*Mutare consilium.* Mudar parecer.

*Latè patet hoc vitium.* Mucho ha cundido este vicio.

*Materiam sermonis nacti sumus.* Hemos hallado de que hablar.

*Forum agis.* Sois juez.

*Levare aliquem molestia.*

Qui.

Quitarle de pesadumbre.

*Mira est scholasticorum paucitas.* Hai poquissimos estudiantes.

*De te secus existimandi non nihil loci dedisti.* Habeis dado lugar à que no se tenga tal opinion de vos.

*Facere iter.* Ir camino.

*Movere castra.* Levantar reales.

*Cum plus otii nactus ero, ad te scribam.* Cuando tubiere mas lugar os escribir.

*Ædificationem impedire.* Embargar la obra.

*Ne in byemem nostra profectio incidat.* Porque no vengamos à partir en invierno.

*Liberare aliquem ad facultatem ædificandi.* Desembargarle à alguno la obra.

*Exigere tributa.* Pedir pechos, ò alcabalas.

*Procedere obviam alicui.* Salir à recibir à alguno.

*Id caput est.* Esto es lo principal.

*Est homo plurimo rerum usu.* Es hombre de mucha experiencia.

*Redire ad rem.* Bolver al

proposito, al punto.

*Plurimum tua causa laboro.* Hago mucho por vos.

*In bonam partem accipere.* Echarlo à buena parte.

*Quam in partem accipias, non laboro.* No me curo que lo tomeis bien, ò mal.

*Non sum solvendo.* No estoi para pagar.

*Sumptus alicui decernere.* Señalarle dinero para su gasto.

*Facere injuriam alicui.* Hacer agrabio.

*Aures tue ad meam vocem patent.* Dais oido à lo que os digo.

*Excludere aliquem.* Echarle fuera.

*Inducis in amicitiam genus sermonis minimè liberale.* Introducis en la amistad un language, que entre amigos no se sufre.

*De alicuius fama detrabere.* Murmurar de alguno.

*Genus hoc totum orationis tolle.* Quitad de ahì, no habéis de esa manera.

*In quo te objurgo id ipsum initor.* Hago yo lo que en vos reprendo.

*Ufu venit.* Acaeciò.

*Hi sermones tuam estimationem non offendunt. Estas pláticas no perjudican a vuestra honra.*

*Tuos ego sermones repressi. Yo os hice callar, ò tapéos la boca.*

*De tua proluxa, beneficaque natura non nihil eliminavit hominum invidia. La embidia de los hombres os ha hecho menos liberal.*

*Natura semper ad largiendum ex alieno fui restrictior. Siempre he sido de mi condicion escaso en dar de lo ageno.*

*Cura, ne mihi plus oneris accedat. Procura que no me carguen mas de lo que estoi.*

*Scripti tibi subiratus. Escribíos algo enojado, ò medio enojado.*

*Summa observantia erga te sum. Tengoos mucho respeto.*

*Parem gratiam alicui referre. Pagarle en la misma moneda.*

*Ex tuis literis maximam cepi letitiam. Recibi con vuestras cartas mucho contento.*

*Tua dignitas suum locum obtinebit. Vuestra honra se estará en su ser, ò puesto.*

*Cognitionem juris civilis magnam consecutus est. Ha-se hecho gran letrado.*

*In scribendo multum industriae pono. Escribo con mucho cuidado.*

*Supplicationem alicui decernere. Mandar hacer p-cesion por alguno.*

*In tuum discessum inciderunt meae literae. Acertastes à recibir mis cartas, cuando os habiades de partir.*

*Mea, & meos commendatos habe. Encomiendoos mi casa.*

*Facessere negotium alicui. Darle en que entender, ò enojarle.*

*Graviter primo nuncio commotus sum. Alteréme mucho con la primera nueva.*

*Agere triumphum ex hostibus. Triunfar de los enemigos.*

*Deprecatoris suscipiam officia, atque partes. Yo serè tercero.*

*Vincam meis officijs cogitationes tuas. Haréos mas*

meos servicios , que vos podeis pensar.

*Præsto tibi memoriam, benevolentiamque , quam debeo.* Acuerdome de vos, amoos como lo debo.

*Conscendere navem.* Embarcarfe.

*Gerere præturam.* Ser Corregidor.

*Hoc mihi permirum accidit.* Marabillème mucho desto.

*Tuam salutem duobus capitibus judiciis defendi.* En dos casos de muerte os he defendido.

*Veterem coniunctionem dirimere.* Deshacer la antigua amistad.

*De hoc alienum tempus est mihi tecum exposulandi.* No es tiempo aora de refiros sobre esto.

